Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

dedit manibus & collum nudum protexit. Dedit pulmentum
& panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis dixit Pat
mi. At ille respondit Audio. Quis es tu fili mi. Dixit q
iacob. Ego sum esau primogenitus tuus. feci sicut preceptis
mihi. Surge sede & comede de uenatione mea. ut benedicat
mihi anima tua. Rursum ysaac ad filium suum quem inquit tam ci
to inuenire potuisti fili mi. Qui respondit. Voluntas di
uina fecit. ut cito mihi occurreret. qd uolebat. Dixit q ysaac. Ac
cede huc ut tangam te fili mi. ut probem utrum tu sis filius
meus esau an non. Accessit ille ad patrem. Et palpato eo di
xit ysaac. Vox quidem uox iacob est. sed manus manus sunt
esau. & non cognouit eum. quia pilose manus similitudine ma
norum expsserant. Benedicens igitur illi ait. Tu es filius meus esau.
Respondit. Ego sum. At ille affer mihi inquit cibos
de uenatione tua fili mi. ut benedicat tibi anima mea.
Quos cum oblatos comedisset obtulit ei etiam uinum.
Quo hausto dixit ad eum. Accede ad me. & da mihi osculum
fili mi. Accessit. & osculatus est eum. Statim q ut sensit
fragrantiam. illius flagrantiam. benedicens ait. Ecce odor
filii mei sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Det tibi
deus de rore celi & de pinguedine terre habundantiam frui
menti uini & olei. & seruiant tibi populi & adorent te tribus.
Esto dominus fratrum tuorum. & incurubent ante te filii matris tue.
Qui maledixerit tibi maledictus erit. & qui benedixerit tibi
benedictionibus repletur. Vix ysaac sermonem imple
uerat. & egresso iacob foras. uenit esau coctos q de ue
natione cibos intulit patri dicens. Surge pater mi.
& comede de uenatione filii tui. ut benedicat mihi

179